

eorum non sicut propinquorum meminit. vnde sequitur: Et respondens eis ait: Quae est mater mea & fratres mei? Hoc autem non dixit, matrem & fratres omnino reprobandos, sed ostendens quod super omnem cognationem temporalem oportet propriam animam per honorare. vnde contententer hoc dixit qui vocabantur ad propinquorum collocutionem, quasi ad aliquid vtilius quam sit doctrina salutis. B E D A. Rogatus ergo officio verbi, dissimulat egredi, non materne refutans obsequium pietatis: sed paternis semper mysterijs amplius quam materis debere monstrat affectibus. Nec iniuriose fratres conuenit: sed opus spirituale carnis cognationi preterens, religiosiorum cordium copulam docet esse quam corporum. vnde sequitur: Et circumspectus eos qui in circuitu eius sedebant ait: Ecce mater mea & fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea & mater mea est.

CAPVT IIII.

Iterum cepit docere ad mare, & congregata est ad eum turba multa, ita ut in nauim ascendens sederet in mari. & omnis turba circa mare super terram erat, & dicebat illis in doctrina sua. Audite: Ecce exiit seminans ad seminandum. Et dum seminans, aliud cecidit circa viam, & venerunt volucres caeli & comederunt illud. Aliud vero cecidit super petrosam, ubi non habuit terram multam.

CAP. IIII.

HEOPH. Licet matrem Dominus superius neglegere videretur, reuerentiam eius. Propterea namque egredietur circa mare. vnde dicitur: Iterum cepit Iesus docere ad mare. B E D A. Si enim Euangelium Matthei inspicimus, patet hanc doctrinam Domini ad mare eadem die qua superiorum in domo celebratum esse sermonem. terminatum. primo sermone continuo subiunxit Mattheus dicens. In illo die exiens de domo sedebat ad mare. HIERO. Caput autem docere ad mare, ut locus docendi indicet auditores amarus fuisse & instabiles. B E D A. Relicta etiam domo cepit docere ad mare, quia relicta synagoga ad colligendam per Apostolos populi gentilis multitudinem venit. vnde sequitur: Et congregata est ad eum turba multa ut in nauem ascendens sederet in mari. C H R Y. Quod non sine causa factum oportet intelligi, sed ut post se neminem dimitteret: sed omnes auditores ante faciem haberet. B E D A. Praefigurabat autem haec nauis Ecclesiam in medio nationum edificandam, in qua dicitur mansioem. Sequitur: Et dicebat illis in para. mul. HIERO. Parabola est rerum naturae discrepantium, sub aliqua similitudine facta comparatio. parabola paratoli enim, Graeco vocabulo dicitur similitudo, quando illud quod intelligi volumus per comparationes aliquas indicamus. Sic enim ferream quae dicitur, quando durum ac fortem desideramus intelligi: cum velocem, ventis aut auribus comparamus. Loquitur autem turbis in parabolis more prudentiae suae, ut qui celsa capere non poterant, per similitudinem terrenam audita percipere possent. C H R Y. Erigit enim per parabolam audien-

riam mentem ut manifestiorem sermonem faceret res visui ostendens. T H E O. Et ut attentiores faceret auditores, primam parabolam proponit de semine quod est verbum Dei. vnde sequitur. Et dicebat illis in doctrina sua, non Moysi, non Prophetarum, quia suum praedicat Euangelium. Exiit seminans ad seminandum.

Hom. 47, in Matth.

semens autem Christus est. C H R Y. Non autem loco exiit, quod praefens exitit oibus & implet: sed habitu & dispensatione qua nobis factus est propinquior per carnis amicum. Quia enim non valebamus ire ad eum peccatis impediens iter nostrum, ipse exit ad nos. Exiit autem praedicans pietatis seminare sermonem quem copiose loquebatur. Non autem inculcat sermonem eundem in eo quod dicitur: Exiit seminans ad seminandum. Exiit enim aliqui seminans, aut ut faciat nouale, aut ut herbas malas euellat, aut aliquid aliud operetur. Iste autem exiit ad seminandum. B E D A. Vel exiit ad seminandum, cum post vocatam ad fidem suam partem synagogae elegerat ad vocationem quoque: gratia suae dona diffudit. C H R Y. Sicut autem seminans non discernit terram subiectam: sed simpliciter & absque discretionem seminat, sic & ipse oes alloquitur. Et ad hoc significandum subdit: Et dum seminans, aliud cecidit circa viam. T H E O. Vide quia non dixit, quod proiectum illud in via, sed quia cecidit, qui non seminans, quantum in se est, in terram bonam proiecit: sed illa si sit mala corrumpit verbum. Via autem Christus est, infideles autem sunt circa viam, i. extra Christum. B E D A. Vel via est mens sedulo malorum cogitationum motu trita, ne verbi semen in ea germinare possit. Et ideo quicquid boni seminis vicinia talis videri potest, & a damonibus rapitur. vnde sequitur: Et veni, volucres caeli & comedite illud. Recte autem demones volucres caeli dicitur, siue quia caelestis spiritalisque natura, siue quia in aere habitant. Vel qui sunt circa viam sunt negligentes & desidiosi. Sequitur: Aliud vero cecidit super petrosam. Petra dicitur duritia proteritatis mentis, terram leuitatem animae obedientis, solem feruorem persecutionis seuitatis. Altitudo ergo terra, quae semen Dei debuerat accipere probitas est animi disciplinis celestibus exercitata, atque ad obediendum diuinis eloquijs regularibus instructa. Petrosam autem loca quae vim radicis suscipienda non habent, illa sunt praecordia quae dulcedine tantum auditu sermonis ac promissis caelestibus ad horam delectantur, sed in tempore tentationis recedunt quia parum est in eis salutaris desiderij quod semen vitae concipiat. T H E O. Vel petrosam sunt, qui modicum adhaerentes Petrae, id est Christo in quantum ad tempus verbum recipiunt, postmodum abiiciunt recedentes. Sequitur: Et aliud cecidit inter spinas. per quod significatur animae multa curantes: spinas enim cura sunt. C H R Y S O. Vltimum vero ponit terram bonam dicens: Et aliud cecidit in terram bonam. Secundum enim conditionem terrae est differentia fructuum. Multa est autem dilectio seminantis ad homines quoniam & primos commendat, & secundos non reiecit, & tertijs tribuit locum. T H E O. Vide etiam quomodo mali sunt plurimi, & pauci qui saluantur, quarta enim pars seminis inuenitur saluata. C H R Y. Non tamen maior pars seminis occasione amittitur seminantis, sed terra recipientis, i. aie audientis, & quidem materialis agricola haec modo seminandum congrue incusaretur. Non enim ignorat lapide aut viam aut terram spinosam, terram pingue non fieri. In rationabilibus vero non est sic. Petram enim possibile est fieri terram pingue, & viam non conculcari & destrui spinas, quod si fieri non possent, non ibi seminaflet. Per hoc ergo nobis tribuit poenitentiae spem. Sequitur: Et dicebat, qui habet aures audiendi, audiat. HIERO. Quoties haec admonitio in Euangelio aut in Apocalypsi Ioannis interponitur, mysticum hoc quod dicitur atque ad audiendum discendumque insinuat.

insinuat. Aures enim audiendi sunt cordis & sensus interioris, aures obediendi & faciendi quae iussa sunt. Sequitur: Et cum esset singularis, interrogabant eum hi qui cum eo erant de duodecim parabolam exponere. & dicebat eis: Vobis datum est scire mysterium regni Dei, illis autem qui foris sunt in para. omnia sunt.

bolis cognoscetis? Qui seminat, verbum seminat. Hi autem sunt qui circa viam ubi seminatur verbum, & cum audierint coestim venit Sathanas, & auferit verbum quod seminatum est in cordibus eorum. Et hi sunt similiter qui super petrosam seminatur, qui cum audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud, & non habent radicem in se: sed temporales sunt, deinde orta tribulatione, & persecutione propter verbum coestim scandalizantur. Et alii sunt qui in spinis seminatur. Hi sunt qui verbum audiunt & erumnae saeculi, & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscentiae introeunt, suffocant verbum & sine fructu efficitur.

Et hi sunt qui super terram bonam seminati sunt, qui audiunt verbum, & suscipiunt, & fructificant, vnum tricesimum, & vnum sexagesimum, & vnum centesimum. Et dicebat illis: Numquid venit lucerna, ut sub modio ponatur, aut sub lecto? Nonne ut super candelabrum ponatur? Non est enim aliquid absconditum quod non manifestetur, nec factum est occultum, quod non veniat in palam. Siquis habet aures audiendi, audiat. Et dicebat illis: Videte quid audiat: In qua mensura mensi fueritis, re metietur vobis, & addicietur vobis. Qui enim habet, dabitur illi, & qui non habet etiam quod habet, auferetur ab eo.

Et hi sunt qui semen suscipiunt conuenienter rursus tres sunt gradus. vnde sequitur: Et hi sunt qui super terram bonam seminat. Qui in centum fructificant: sunt qui perfectam, & obedientem habent vitam, ut virgines, & eremita. Qui autem sexaginta, qui medioeriter se habent, ut continent, & qui in cenobio sunt. Qui autem triginta, qui parui quidem sunt secundum propriam virtutem fructum ferentes, ut laici, & qui in coniugio sunt. B E D A. Vel triginta fructificant, cum aliquis fidem sanctae Trinitatis electorum cordibus insinuat. sexaginta, cum perfectionem docet bonae operationis. centum, cum celestis regni praemia demonstrat. Centum namque computando in dextram transferuntur: vnde recte in significatione ponuntur perpetuae beatitudinis. Terra autem bona est electorum conscientia, quae omnibus praedictis tribus terris contraria facit, quia & commendatum sibi semen verbi liber excipit, & exceptum inter aduersa, & prospera. constanter ad fructus vsque ad tempora conseruat. HIERO. Vel fructus terrae in triginta, & sexaginta, & centesimo continetur: hoc est lege, & propheta, & euangelio. C H R Y. Post interrogationem discipulorum de parabola, ac explanationem, bene subiungit. Et dicebat illis: Numquid venit lucerna, ut sub modio ponatur, aut sub lecto? nonne ut super candelabrum ponatur? propter hoc parabola dicta est, non ut immanifesta maneat, aut occulta, tamquam sub modio, aut sub lecto, sed ut dignis manifestetur. Lucerna in nobis est intellectualis natura, quae secundum proportionem illuminationis, aut clare apparet, aut obscure. Si enim meditationes quae nutriunt lumen, ac recordationes, in quibus lucerna talis accenditur, negligantur, mox extinguuntur. HIERO. Vel lucerna verbum est de tribus seminibus Modus aut lectus, auditus est in obedientium. Candelabrum Apostoli sunt, quos illuminauit verbum Dei. vnde sequitur: Non est enim aliquid absconditum quod non manifestetur, nec factum est occultum, quod non veniat in palam. Siquis habet aures audiendi, audiat. Et dicebat illis: Videte quid audiat: In qua mensura mensi fueritis, re metietur vobis, & addicietur vobis. Qui enim habet, dabitur illi, & qui non habet etiam quod habet, auferetur ab eo.

do, alios prospera blandiendo retardant, de quorum primis dicitur. Et hi sunt similiter qui supra petrosam. De aliis dicitur. Et alii sunt qui in spinis. Spinam autem diuitia vocantur, quia cogitatio numerum suarum praedictionibus mentem lacerant, & cum vsque ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto vulnere cruentant. Dicit autem.

Et erumna saeculi, & deceptio diuitiarum. Quicumque enim superuacuis diuitiarum decipit appetit, necesse est morcurum erumna continentiarum affligat. Ad dicit autem. Et circa reliqua concupiscentiae. quia mandatis Dei contemptis circa reliqua concupiscentiae aberrat, ad gaudium beatitudinis non potest attingere. Suffocant autem huiusmodi concupiscentiae verbum, quia bonum desiderium ad quod intrare non sinit, quasi aditum status vitalis necant. Excipiuntur autem ab his hominum differentis gentiles, qui nec audire verba vitae merent. T H E O.

Borum vero qui semen suscipiunt conuenienter rursus tres sunt gradus. vnde sequitur. Et hi sunt qui super terram bonam seminat. Qui in centum fructificant: sunt qui perfectam, & obedientem habent vitam, ut virgines, & eremita. Qui autem sexaginta, qui medioeriter se habent, ut continent, & qui in cenobio sunt. Qui autem triginta, qui parui quidem sunt secundum propriam virtutem fructum ferentes, ut laici, & qui in coniugio sunt. B E D A. Vel triginta fructificant, cum aliquis fidem sanctae Trinitatis electorum cordibus insinuat. sexaginta, cum perfectionem docet bonae operationis. centum, cum celestis regni praemia demonstrat. Centum namque computando in dextram transferuntur: vnde recte in significatione ponuntur perpetuae beatitudinis. Terra autem bona est electorum conscientia, quae omnibus praedictis tribus terris contraria facit, quia & commendatum sibi semen verbi liber excipit, & exceptum inter aduersa, & prospera. constanter ad fructus vsque ad tempora conseruat. HIERO. Vel fructus terrae in triginta, & sexaginta, & centesimo continetur: hoc est lege, & propheta, & euangelio.

Post interrogationem discipulorum de parabola, ac explanationem, bene subiungit. Et dicebat illis: Numquid venit lucerna, ut sub modio ponatur, aut sub lecto? nonne ut super candelabrum ponatur? propter hoc parabola dicta est, non ut immanifesta maneat, aut occulta, tamquam sub modio, aut sub lecto, sed ut dignis manifestetur. Lucerna in nobis est intellectualis natura, quae secundum proportionem illuminationis, aut clare apparet, aut obscure. Si enim meditationes quae nutriunt lumen, ac recordationes, in quibus lucerna talis accenditur, negligantur, mox extinguuntur. HIERO. Vel lucerna verbum est de tribus seminibus Modus aut lectus, auditus est in obedientium. Candelabrum Apostoli sunt, quos illuminauit verbum Dei. vnde sequitur: Non est enim aliquid absconditum quod non manifestetur, nec factum est occultum, quod non veniat in palam. Siquis habet aures audiendi, audiat. Et dicebat illis: Videte quid audiat: In qua mensura mensi fueritis, re metietur vobis, & addicietur vobis. Qui enim habet, dabitur illi, & qui non habet etiam quod habet, auferetur ab eo.

Quasi

Quasi di. nolite erubescere euangelium, sed inter tenebras perfectorum lumen verbi Dei supra corporis vestri candelabrum leuate, fixa mente retinentes illum diem quo illuminabit Deus abscondita tenebrarum. Tunc enim & vos laus, & aduersarios poena manet aeterna. CHR Y. Vel aliter. Non est aliquid absconditum, quasi dicat. Si vos cum diligentia vitam duxeritis, accusationes lucernam vestram non poterunt obumbrare. THEO. Vnusquisque enim nostrum seu bonum aliquid, seu malum in praeterito fecerit manifestatur in presenti, & multo magis in futuro. Quid n. est Deo occultus? sed tamen & ipse manifestatus est in carne. Sequitur. Siquis habet aures audientium. BEDA. Id est, quis habet sensum intelligendi verbum Dei, non se subtrahat, non audit ad fabulas conuertat, sed his quae veritas dixit, accomodat autem scrutandi, manus implendi, linguam praedicandi. Sequitur. Et dicit illis. Videte quid audiat. THEO. Vt scilicet nihil eorum, quae vobis a me dicuntur subterfugiat. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. i. quantumlibet mensuram intentionis introduceris, tantam recipietis utilitatem. BEDA, vel aliter. Si solerter omnia quae valet bona facere, ac proximis intumare studueris, ad erit diuina pietas, quae vobis & in presenti sensum aliorum capiendi, ac posteriora gerendi effectum conferat, & in futuro aeternam retributionem adiciet. Et ideo subditur. Et adicietur vobis. HIERO. vel aliter. Secundum mensuram fidei unicuique diuiditur intelligentia mysteriorum, & scientia etiam adiciunt virtutes. Sequitur. Qui enim habet dabitur ei. i. qui fide habebit virtutes, & qui hunc opus verbi habebit & intelligentiam mysterij. Et qui non habet e contra fidem, deficit virtute: & qui non habet opus verbi, eius intelligentia caret: & qui non intelligit, iam auditum perdidit. CHR Y. vel aliter. Qui habet. i. affectum, & voluntatem audiendi, & perendi dabitur ei. Qui vero non habet diuini auditus desiderium: & quod contingit habere scripturae legis, auferetur ab eo. BEDA Nonnumquam enim lector in genitosis negligendo se, prius se sapientia, quam tardus ingenio studiosus elaborando degustat. CHR Y. Potest autem ideo dici, quod non habet, quia veritatem non habet propter hoc quod mendacium habet, putat enim aliquid se habere, qui mendacis intellectus existit. CHR Y. Postur supra parabolam de tribus seminibus diuersimode perditis, & vno saluato, cuius est proportio fidei, & operationis tres differentias ostendit. hic vero parabolam ponit solum de saluatis. vnde dicit. Et dicebat: Sic est regnum Dei quemadmodum si homo iacit semen in terram. HIERO. Regnum Dei ecclesia est, quae regitur a Deo, & ipsa regit homines, & contrarias virtutes, & vicia calcit. CHR Y. Vel regnum Dei dicit fidem, quae est in ipso, ac dispensationem humanitatis, quod quidem regnum est, sicut si iaciat homo. Ipse enim existens Deus, & Dei filius homo incommutabiliter factus pro nobis, terram seminavit. i. coram mundum verbo diuine cognitionis illuminavit. HIERO. Semen enim verbum vite est: terra corda humana, & dormitio hominis mors est Saluatoris. Exurgit semen nocte, ac die, quia post somnum Christi, numerus credentium per aduersa, & prospera magis magisque germinavit in fide, & creuit in opere. CHR Y. Vel exurgit ipse Christus, qui sedebat expectans per longanimitatem, quod recipientes semen fructificarent. Surgit autem. i. benivolentiae suae verbo ad fructificationem nos erigens per arma iustitiae a dextris, quibus significatur dies, & a sinistris, quibus significatur nox persecutionum. per hac enim semen germinat, nec arefcit. THEO. vel aliter. Christus dormit. i. ascendit in caelum, ubi licet dormire videatur: surgit tamen nocte, cum per tentationes nostras disponit salutem. HIERO. Quod autem dicit. Dum nescit ille, tropica est locutio, id est nescire nos faciat quis fructus usque in finem afferat. CHR Y. Vel dicit. Nescit ille, qui offert liberam voluntatem eorum, qui verbum suscipiunt: voluntati enim nostrae committit opus, & non totum ipse solus operatur, ne bonum inuoluntarium videatur. vnde subdit. Vltro non terra fructificat. i. non necessitate coacta contra propriam volun-

tatem, sed voluntate adducitur ad fructificandum. Primum herbam. HIERO. Id est timorem. Initium enim sapientiae timor domini. Deinde spicam. i. penitentiam lachrymosam. Deinde plenum fructum in spi. i. charitatem, plenitudo enim legis est charitas. CHR Y. Vel primo herbam fructificat in lege naturae paulatim ad profectum cre scens. postmodum producit spicas in manipulum colligendas, & in altari domino offerendas in lege, scilicet Moyse. postea plenum fructum in euangelio. vel quia non solum oportet nos frondere per obedientiam, sed esse prudentes, & quasi harundinis spicas erectos perferre de ventis agitantibus non curantes. Oportet nos etiam animam curare per assiduitatem memoriae, vt etiam spicas fructum gestemus. i. operationem virtutis completam de montrem. THEO. Herbam enim germinamus, cum principium boni ostendimus. Deinde spicam, cum resistere tentationibus possumus. Deinde fructum, cum perfectum quis operatur. Sequitur. Et cum ex se produxerit fructus, statim mittit fal. qui adest messis. HIERO. Falx est mors, vel iudicium, quod fecit oia, messis consummatio saeculi. G R E. vel aliter: Semen homo iacit in terram, cum cordi suo bonam intentionem inserit. Dormit autem qui iam in spe boni operis quiescit. Nocte vero exurgit ac die, quia inter aduersa, & prospera proficit, dum ille nescit qui adhuc metiri incrementa sua non valet, & tamen concepta virtus ad profectum ducitur. Cum igitur desideria bona concipimus, semen in terram mittimus. Cum recte operari incipimus, herba sumus. Cum ad profectum boni operis creuimus, ad spicam peruenimus. Cum in eiusdem operis perfectione solidamur, iam plenum frumentum in spica profertur. G L O. Postquam parabolam de fructificatione seminis enuageli, hic subiungit aliam parabolam ad ostendendam excellentiam doctrinae euangelicae ad omnes alias doctrinas. vnde dicitur. Et dicebat, Cui assimilabimus regnum Dei? THEO. Paruissimum quidem est fidei verbum. Crede in Deum, & saluus eris. sed sparsa super terram praedicatio dilatata est, & augmentata: vt coeli volaria. i. contempnatiui homines, & alii intellegant, & cognitione sub eo habitent. Quanti enim sapientes Gentilium relinquentes sapientiam sub praedicatione euangelij requieuerunt. omnium igitur maior praedicatione facta est. CHR Y. Et etiam quia quod fuit hominibus in breuibus sermonibus nunciatum, sapientia quae inter perfectos dicitur dilatatur super omnes sermones, quia nihil maius est hac veritate. THEO. Ramos autem magnos fecit. quidam enim Apostolorum in Komam, & quidam in Indiam, & quidam in alias terrae partes sunt diuisi, sicut rami. HIERO. Vel semen istud minimum est timore, magnum autem in charitate, quae est maior omnibus oleribus, quia Deus charitas est, & omnis caro sanum, fecit autem ramos misericordiae, & compassionis, cum sub umbra pauperes Christi, qui sunt caeli animalia delectantur habitare. BEDA. Homo autem qui seminat a plerisque Saluator ipse intelligitur, ab alijs autem ipse homo seminans in corde suo. CHR Y. Postea vero Marcus breuitate gaudens, ostendens parabolam naturam subiungit. Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum prout potest audire. THEO. Quoniam enim turbae erant indoctae & comestibiles, & consuetis nominibus instruit eas, & propter hoc subdit. Sine parabola autem non loquebatur eis. v. l. moueruntur ad accedendum, & interrogandum. Sequitur. Scorsum autem discipulis suis differebat omnia. I. de quibus interrogabant, vt ignorantes, non simpliciter omnia tam manifesta, quam immanifesta. HIERO. Illi enim digni erant scorsum audire mysteria in penetrabili, in timore sapientiae, qui remoti a cogitationum malarum tumultibus in solitudine virtutum permanebant. Sapientia enim in tempore oculi percipitur. e. HIERO. Post doctrinam dehinc ad mare uenerunt, & sic turbis turbantur. vnde dicitur. Et ait illis, in illa die cum sero esset factum, transeamus contra. R E M L. Tria enim legitur dominus habuisse refugia. i. nauis, montis, & deserti, quoties a turbis comprimebatur ad aliquod istorum refugiebat. Cum ergo uisus comprimebatur ad aliquod istorum refugiebat. Cum ergo uisus dicit dominus turbas multas circa se, earum importunitatem quasi homo uolens declinare iussit discipulos suos transire. Sequitur.

Li. 22. Mor. Cap. 20.

tur. Et dimit. tur. assu. eita vt erat in nau. CHR Y. Discipuli quidem assumpti dominus, vt viros fierent futuri miraculi: sed solum ipsos assumit, ne alii cognoscerent ipsos esse tam modestos fidei. vnde ad ostendendum, quod separatim alii transiret ab, sub iungit. Et alia. n. e. cum illo. Ne autem superbirent discipuli, quod eos solos assumperat periclitari eos permitte. Et vt etiam per hoc discernerent tentationes vituliter sustinere. vnde sequitur. Et facta est pro ma. Vt autem futuri miraculi maiore eis imprimat sententiam: dat repus timori dormiendo. vnde sequitur. Et erat ipse puppi. Si enim vigilauerit, non timuit sent, neque rogasset tempellate orta, aut cui aliquid tale facere non putasset. THEO. Dimisit ergo eos incidere in timorem periculationis, vt eius virtutem in seipsis cognoscerent, qui alios ab eo beneficiatos videbant. Dormiebat autem super cer. nauis ligneum squide. CHRYSO. Ostendens suam humilitatem, & ex hoc multa sapientia docens. Nondum autem discipuli, qui circa eum existebant eius gloriam cognoscebant, & quidem quod surgens poterat ventis imperare credebant, sed quod quiescens, seu dormiens nequaquam. Et ideo sequitur. Et excitauit eum, & dicit ei: Magister, non ad te pertinet, quia perimus? THEO. Ipse autem exurgens, comminatur primo quidem vento, qui maris tempestatem, & fluctus sedebat, & hoc est quod subditur. Et exurgens comminatus est vento. Et deinde vero praecipit mari, vnde sequitur. Et dixit mari, tace, obmutescet. G L O. Ex commotione enim maris quidam sonitus consurgit, qui videtur esse quaedam maris locutio periculum comminantis: & ideo conuenienter sub quadam metaphora tranquillitatem imperat taciturnitatis vocabulo, sicut & in colubitione ventorum qui sua violentia mare conturbat, comminationem nominat. Solent enim potestatem habentes eos qui violentia patenti hominum conturbant, comminatione penam refrenare. Per hoc ergo datur intelligi, quod Rex aliquis potest comminatione violentos comprimere, & suis edictis murmur subiecti populi mitigare: Christus Rex vnuerse creaturae existens, sua comminatione ventorum cohibuit violentiam, & mari taciturnitatem in dicit, & statim est effectus secutus. Sequitur enim. Et cessauit ventus, & facta est tranquillitas magna. Sin mari, cui taciturnitatem in dixerat. THEO. Comminatus est etiam & discipulis tamquam fidem non habentibus. Sequitur enim. Et ait illis: Quid timidi estis? necdum habetis fidem? Si enim habuisset fidem, credidissent quod etiam dormiens seruae eos potuisset in columas. Sequitur. Et timuerunt timore magno, & dicebant: ad alterutrum: Quis putas est iste, quia venti & mare obediunt ei? Et enim dubie habebant se erga eum. In quantum enim iussu maris placuit, non baculo, vt Moyses, non precibus, vt Heliseus Iordanem, neque arca, vt Iesus Naue, secundum hoc vere Deus eis videbatur, secundum vero quod dormiebat, homo. HIERO. Mystice vero puppis ecclesia est initium, in qua dominus corporaliter dormit, quia nunquam dormit qui custodit Israel. puppis enim mortuis pellibus viuis continet, & fluctus areet, & ligno solidatur, id est cruce & morte domini ecclesia saluatur. Ceruical corpus domini est, cui diuinitas, sicut caput inclinata est. Ventus autem, & mare, & daemones, & persecutores sunt quibus dicit: Tace, quando compescit edixa regum iniquorum, vt voluerit. Tranquillitas magna est pax ecclesiae post pressuram, sive theoria post vitam actuum. BEDA: Vel nauicula quam ascendit, passiois arbor in telligitur per quam fideles ad securitatem secuti litoris perueniunt. Alia nauis quae fuisse dicitur cum domino, illos significat qui fide dominice crucis imbuti sunt: non tamen turbine, tribulationum pulsati. Vel post tentationum procellas serenitate pacis vtunt.

tur. Discipulis autem nauigantibus Christus obdormiuit, quia si delibus futuri regni quietem meditantibus, tempus dominice passionis aduenit. vnde hic factum fuisse perhibetur, vt Solis occubitus non sola domini dormitio, sed ipsa discedentis lucis hora significet. Ascendente autem illo in puppim crucis, fluctus blasphemantium persecutorum assurgunt demoniae excitati procellis, quibus tamen non ipse patientia turbatur: sed discipulorum imbecillitas concurrit. Exitant autem discipuli dominum, quia cuius mortem viderant, maximis votis resurrectionem quaerebant. Vt exurgens comminatus est, quia resurrectione celebrata, diaboli superbiam strauit. Mare silere praecipit, quia Iudaeorum rabiem resurgendo deiecit. Discipuli autem arguunt: quia post resurrectionis exprobrauit eis incredulitatem eorum, & nos quoque cum signo dominice crucis imbuti, saeculum relinquere disponimus, nauem cum Iesu conscendimus, mare transire conamur, sed nobis nauigantibus inter equos fremitus obdormit, quando inter medios virtutum vsus, vel in mundorum spirituum, vel hominum praetorum, vel ipsarum nostrarum cogitationum imperus amoris flamma refrigerat. Verum inter huiusmodi procellas illum sedulo excitemus, mox tempestatem compescet, refundet tranquillitatem, portum salutis indulgebit. C A P . V . HIERO. Quia qui in nauicula erant conquirebant aduincum: Quis putas est iste? inimicorum testimonio confirmatur quis esset. Accessit enim daemoneus, & stans ipsum esse filium Dei. Ad quod narrandum enuageli accedens, dicens. Et uenit, transire, in regi Gerazenorum. BEDA, Geraza est vrbis in signis Arabiae trans Iordanem, iuxta montem Galaad, quam tenuit tribus Manasse, non longe a stagno Tyberiadis, in quod porci praecipitati sunt. CHR Y. Sed tamen neque Gadarenorum, neque Gerazenorum exquisita scriptura continet, sed Gergesorum. Gadara enim ciuitas est Iudaeae, cui praecops adiacet stagnum, & nullo modo mare. Geraza vero Arabiae ciuitas est, neque mare, neque stagnum proximum habens. Et ne tam euidentis mendacium Euangelistae dixisse videant, viti tam diligenter scientes ea quae circa Iudaeam erant. Gergesa quidem, a qua Gergeseni dicitur, antiqua ciuitas fuit, iuxta eam, quam nunc Tyberias appellatur, circa quam praecipuum est circumpositum stagnum. Sequitur. Et ecce, ei de nauis, occurrit de monu. h. A V G. de Con. euan. Cu Mattheus dicit duos fuisse, Marcus & Lucas vnum commemorant, vt intelligas vnum eorum fuisse personam: alitius clarioris, quem regio illa maxime dolebat. CHR Y. Vel videtur, quod Marcus, & Lucas illud quod erat miserabilis narrauerunt, & propter hoc diffusius quod illi contigerat enarrat. Sequitur enim. Et neque cathedram quisquam eum poligare. Dixerunt ergo simpliciter daemoneum, numerum non quaerendo, vel vt virtutem maiorem ostenderent operantis. Nam qui vnum talem curauerat, non erat ei impossibile multos alios curare, nec tamen hic dissonantia demonstratur. Non enim dixerunt, quod vnus solus erat, quod si dixissent, Mattheus contradicere viderentur. Habitabant autem in monumetis daemones, errorum dogma multis volentes immittere, quod decedentium animae in daemones conuerterentur. G R E G. Nisse. Parauerat autem se coetus daemorum ad resistendum diuinae potestati. Cum autem appropinquaret qui potestatem habet super omnia, exclamant eminentem eius virtutem, vnde sequitur. Videns autem Iesum a lon. ecur. & adora. eum, & clauo. magna, & dicit. Quid mi. & tibi Iesu

Li. 2. c. 42.